

Hoc volumen continet

1. de Necessitate Physicæ in præri medicina.
2. Historia variolarum epidemicæ grassantium.
3. de Fribi tibi fixati mirabili efficacia.
4. De causa caloris naturalis et praeternaturalis.
5. Natura morborum medicatrix mechanica.
6. Affectus hereditarii illorumq. origo.
7. Historia febri malignæ epidemicæ petechientiæ.
8. Animus sanitatis & mortorum faber.
9. De potentia ventorum in corpus humanum.
10. de mentis morbis.
11. de mercurio et Sialibz selecziis.
12. de precipuo studioorum mortis.
13. Theseis electiorer ex philosophia & medicina.
14. de terebinthina.
15. de regimine pregnantium.
16. de pleurite & peripneumonia.
17. de membris fratribz.
18. de puluerum formulatoriorum usu & abusu.
19. de diarrhoea in febribus malignis salutari.
20. de remedii antidentaligio.
21. de opiatorum nova & mechanica operante ratiō.
22. de podagra retrocedente in corporis.
23. Motus optima corporis medicina.
24. de morbo nigro Hippocratis.
25. Sacchari historia naturalis & medica.
26. de peregrinationibus sanitatis causa instituendis.
27. observationes practicae circa febri tertianas.
28. de prudenti medicamentorum continuatione.

X c. 32.

29. de conuersione morbi benigni in malignum.
30. de caryophyllis aromatis
31. Aphorismi quidam practici.
32. Pulpum theoria & praxis
33. de opni correctione genuina & vnu.
34. de morbis foetuum in utero materno.
35. de generatione & iure morbosorum in corpore
36. de morbis in oranginis
37. Pullus gallinaceus in femina cachexica formatur
38. de atrophia.
39. de salubritate febrium.

I

Vilectissime Fio,
Friderico Ernesto Hoffmanno
magne spei iuveni, medicinae
cultori industrip.
in incrementum studiorum suorum
commendat et offert hunc librum

Fluster

Anno mdcxxii.

M. Myo.

19
SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
DISSERTATIONE SOLENNI,
OPHI CORRECTIONEM
GENUINAM ET USUM,

A. D. T. O. M.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
FRIDERICO WILHELMO,
SERENISSIMO REGNI BORUSSICI HÆREDE

PRÆSIDE

FRIDERICO HOFFMANNO,
MED. PROFESSORE ET MEDICO REGIO

PRO DOCTORIS GRADU

publice ventilationi proponit

D. IV. Februarii MDCCIL

FRIDERICUS CHRISTIANUS MULLER
dictus WOHLHEIMER, Manheimio-Palatinus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typogr.



SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
PRINCIPIS AC DOMINI
DN. JOHANNIS WIL-
HELMI,
ELECTORIS PALATINI
&c. &c. &c.
DOMINI MEI CLEMENTISSIMI,
Consiliario & Archiatro meritissimo,
VIRO AMPLISSIMO, EXCELLENTISSIMO
ET EXPERIENTISSIMO,
DN. JOH. CONRADO
BRUNNERO,
Med. Doct. ejusdemque in Academia Pa-
tria, Heidelbergensi, Professori longè Celeberrimo,
MÆCENATI atque PATRONO
omni venerationis cultu mihi suspicioendo,
Specimen hoc Academicum in debitæ observantiae signum
& studiorum meorum commendationem, eâ, quâ decet, reverentiâ,
offerò, dico, consecro
EXCELLENTISSIMI Ejus Nominis

devotissimus cultor

FRID. CHR. MULLER, dictus WOHLHEIMER,
Manheimio-Palatinus.



an 2a 1659



PROOEMIUM.



Eculiaria fata non modo habere Medicorum opiniones, sed & ipsa Medicamina, resest extra omne posita dubium. Ita deprehendimus, certis temporibus certas esse familiares sententias, immo æstimari & magno ubivis recipi cum applausu. Alio autem tempore eadem rursus deseruntur, damnantur, & novæ exurgunt, mox tamen etiam, prioribus repetitis, obsolescunt. Simili ratione procedit cum medicamentis, & cum ipsa, medendi nonnullis morbis, methodo; mox enim hæc vel illa magnificæ sunt famæ remedia, quæ Divinam, hoc vel illo morbo laborantibus, præstent opem, sive certissima morborum sint præsidia. Pari ratione hæc vel illa methodus, sanandi v. gr. febrem, pro certa infallibili lique traditur ac venditatur; paucò sepius tempore interjecto aliī accedunt, qui hæc spernunt, & meliora substituere ac in scenam producere conantur, siue speiem quandam authoritatis & existimationis habent,

A 2 &

& speciosum accedit verborum artificium atque ex nobilitate rerum (quibus natura humana est appetentissima) ebuccinatio, priora rejiciuntur, & haec acceptantur. Hoc per aliquot annos continuato, ubi sibi tributam famam ac laudes non sustinent, in alia mox animus convertitur. Merito autem ille deplorandus mos est, quod certi Medici quandoque plane in contrarium currant, dum scil. unus hoc remedii genus ad cælum usq; extollit, inque omnibus morbis ceu panaceaem commendat; alter ex converso pro noxiolissimo illud declarat. Luculentum hujus rei exemplum habemus in opio; quot enim diversæ penes Practicos existant & extiterunt circa ejus usum opiniones ? Quidam familiarissime ipso utentes, legitima dosis exhibitum, in omnibus ferme morbis ceu Divinum extollunt præsidium. Alii idem instar veneni timent, & fere nunquam svadere ejus usum volunt, &c, quod maximum est, quævis pars suam allegat experientiam, suas item quævis rationes. Et hoc in aliis quoque contingit. Certe qui talem Medicinæ faciem speculator, is, ut plane ab ea addiscenda abhorreat, non mirum est. Quod si autem rem penitus, uti meretur, aestimemus & pensitemus, culpa profecto non est rejicienda in artem, non est rejicienda in remedia, neq; etiam in experientiam : sed in ipsas personas, quæ vel ex magna credulitate, vel ex affectu, aut intempestivâ sui aestimatione, dum se corrigeret postea nolunt, citra precedentem accuratiorem pensationem, examen, & effectuum, secundum solidâ & vera, corporeis rebus competentia, principia, ponderationem, & ex falsâ quadam hypothesi, rationum deductio-
ne, in hujus vel illius remedii nimiam commendationem.

nem vel contemptum incidentur. Existimavi semper, sicuti in compluribus rebus, multisque actionibus, ita quoque in Medicina, tritum illud commendatissimum esse debere:

Medio tutissimus ibis,

& extrema omnia evitanda. Hoc autem medium ut inveniamus, & solido judicio, ab affectibus vacuo, & solidis principiis in Medicina, & attenta effectuum observatione, sive experientia, opus est. Et videtur jam, DEO sit laus, meliori facie nostris temporibus Medicina splendere, ubi non tam facile auctoribus, etiam cum maxima asseveratione dicentibus, fidem habemus, & nihil approbamus, nisi accuratum prius sustinuerit examen per experientiam & rationes, quae non amplius, ut olim, ex cerebro petuntur, sed ex principiis & legibus motus demonstrativis solis atque unicis. Placuit autem nobis, cum specimen inaugurale edere fuerit mandatum, præ aliis, in exemplum sumere *opium* seu vexatissimam hodiernis moribus medicinam, breviter ostendendo, an, & qualem habeat usum? & maxime omnium, qua ratione præparari ad usum medicum opportunissime, & tutissime componi ac misceri possit. DEUS T. O. M. sicuti aliis nostris laboribus huc usque clementissime benedixit, ita & hic gratiam suam non denegabit, cuius benignissimam opem humillimis imploramus precibus.

§. I.

Primarius equidem nobis est scopus, demonstrare, quinam melior sit correctionis opiatorum modus, quænam præparatio ac compositione nihilominus, antequam nos ad hoc accingamus negotium, operæ erit pretium, de-

A 3

cer-

cernere prius ac definire, an nempe opium in praxin medicam tuto recipi, & quendam medentibus usum foenerari queat, nec ne? nisi enim haec res prius fuerit expedita, reliquis omnis labor irritus erit atque frustraneus. Placet itaque breviter strictimque argumenta, quae proferri possunt & solent ab iis, qui opiatorum usum perlungare student, perspicere atque evolvere. Primo autem dicunt opium crudum esse venenum, sive animantium natura & vitae admodum infensum, quoniam nonnullas bestias in paucis granis necat, quales sunt feles, qui, deglutiens pauca opii quantitate, mox convulsionibus, & miris membrorum agitationibus torquentur, & brevi animam efflant, cum tamen alias, si ulla animantia, certe iidem vita stabili, nec facile a quadam injuria destruibili fruantur. Talismodi exempla, pulchre annotata legere licet in *Borrighii commendatissimo tractatu de somno ac somniferis*. Deinceps assertum suum comprobant variis observationibus & lethalibus exemplis, ubi opium non tantum pejorem reddit morbum, recidivas produxit lethales, verum etiam multos e vita exemit, & aeternum iis somnum conciliavit. Tertio loco hanc afferunt rationem, quod opiate motus naturae sstant, cum tamen vita & corporis nostri conservatio unicè dependeat a motu sanguinis, cui deinde subordinati sint debita spirituum secretio, nutritio, & pernecessaria excrementorum separatio: quae cuncta, non sine dispedio faintatis, ab opiatorum exhibitione labefactantur vel destruuntur. Quarto loco, urut negari non possit, in doloribus, spasmis, convulsionibus, febri humorum commotione, motus esse excessivos, exorbitantes; nihilominus eosdem a prudentissima natura bonum in finem excitari afferunt, ut nempe expellatur, quod infensum est & hostile naturæ microcosmicae: ideo siuendos illos motus, minime autem siuendos esse arbitrantur. Verum enim vero, quamvis non exigui momenti haec sint rationes, placet tamen de his omnibus nostram sententiam, cum pace vero omnium, (animus enim non est quen-

quenquam in tota vita , multo minus quando placide & mo-
deste opiniones examinamus , vel tantillum lœdendi) brevi-
bus exponere .

§. II.

Ad primum itaque reponimus , opium neutquam in ve-
nenorum classem esse referendum . Tota enim Turcarum
& Indorum natio contrarium per tot secula confirmat , dum
eo partim ad delectionem , partim ad animositatem , Vene-
rem & majorem mentis aciem utuntur . Prostant etiam pas-
sim memorabilia exempla & observationes , ubi in nostris re-
gionibus opium in magna quantitate , citra ullam noxam vel
sanitatis detrimentum , sicut assumentum . Legi hac de re pos-
funt *Miscellanea Nat. Curios. Dec. I. A. II. p. 127. 395. Dec. I. A. VII.*
p. 104. Dec. I. A. IV. & V. p. 290. Dec. II. A. V. p. 364. Dec. II. A. X.
p. 77. 152. & 154. &c. Notum mihi inter alia est exemplum Am-
plissimi cuiusdam Viri Berolini degentis , perpetuo valetudi-
narii , hypochondriaci & podagrici , qui ad minimum bis in
septimana pilulas Wildeganſii assumere cogitur , à quarum
usu insignem actionum alacritatem , robur , placidumque fo-
minum experitur . Lubenter autem fatemur & admittimus ,
si in administrando ullo remedio opus sit prudentia quoad do-
sin , temperamenti , morbos & morborum tempora , certè in
opiatis esse , maximè vero omnium , si sint male præparata .
Si enim eadem tunc propinare velimus , quando motus & vi-
res deficiunt , uti non raro ab imprudentibus Medicis fieri fo-
let , utique de sanitate , imo de vita , in morbis præsertim acu-
tis & malignis actum fore quis dubitat ? Omnibus porro
generofis , etiam analecticis & volatilibus remediis hoc solen-
ne est , ut , si intempestive vel præpostere usurpentur , perni-
cialem , instar veneni , vim exferant , imo in venenum mate-
riam peccantem non adeò mali moris quandoque transmu-
tent . Deinceps certum quidem est , feles à minima opii quan-
titate protinus necari : ex eo tamen minime inferre licet ab
solutam venenosam ejus qualitatem ; notum enim est , ab u-
nico

nico cochleari spiritus vini identidem mox concidere mortuos, quod etiam curiosi observarunt de amygdalis amaris, quæ homini egregia sunt medicina, felibus autem venenum *vid.*
Beati Wepfferi elegansissimus, de Cicuta Aquatica, tractatus Cap. XIX. h[ab]it. IV. p. 241.

Præterea certum ac verissimum est, corporis nostri durationem sive vitam sine perenni ac jugi sanguinis & humorum motu ac circulo durare non posse, utpote hoc eodem modo particulae impuræ, heterogeneæ separantur, partesque nutriuntur, & spiritus sive tenuissimum cerebri ac nervorum fluidum generatur, sed & omnis putredo atq; corruptio, tam per impuraram istarum sordium secretionem, quam quod potentiae externi fluidi intestinus ac progressivus sanguinis motus resistat, & sic putredinosam mixta dissolutionem impedit, à corpore avertitur. Certissimum porro est, & à sapienti antiquitate dudum notatum, atque à *Sydenhamio* feliciter & sobrie repetitum, naturam, sive totum illud corporis humani artificium, motibus, quos tam res naturales, quam morbificæ cause subinde excitant, non modo se ipsum conservare, sed & morborum somitem temperando, sive coquendo, & exterminando tam quantitate, quam qualitate insensam materiam, certis temporibus per congrua evacuatoria eliminare, quam sententiam jam ante hos octo annos tractavit & illustravit *Excellentissimus Dn. Preses, cui pro summis in me collatis beneficiis eterno me nexus devinctum pia mente agnoscet, in dissertatione de prudenti medicamentorum applicatione in tempore, & postea in illa de natura morborum medicatrice mechanica.* Nullum hic est dubium, quod motus hi, antequam sublata fuerit causa morbifica, sive ab ipsa natura sola, sive arte adjuta, sisti ineutiquam debeant, quod & nullus unquam, ut ego quidem memini, ex recentioribus, qui ex physicis principiis Medicinæ

cinæ præcepta tractant, asseveravit; & utique tunc omnia
 motus sistentia adstringentia, pessimè cedunt. Aliter autem
 comparatum est, si motus isti, qui in corpore per & ob cau-
 sam morbificam activam excitari solent, qualos sunt febres,
 spasmodes, convulsivi nimii sunt, & excessivi, ubi non am-
 plius materie peccantis, sed motuum læsio corpori minatur
 periculum, sunt temperandi, moderandi, & an non id com-
 modè præstari possit anodynus decenter adhibitis, ubi uti-
 que tuemur hic affirmativam sententiam, utpote sèpius ac-
 cedit, ut ex nulla materiæ præsentia, solo animi motu, vel
 per consensum, vel etiam à causa quadam externa lædente,
 sicuti fit, quando tendo vel nervus punctura fauciatur, e*n*
 normes motus absq; illa necessitate, absq; ullo scopo conci-
 tentur plane aberrantes, tales motus utique mature sifere
 oportet, unde etiam non absque ratione Theriaca, quamvis
 sola non sufficiat, venenorū antidotus certissima habita-
 fuit a veteribus, utpote venenatæ particulae non tanta facul-
 tate pollent corpori nocendi, quam intensissimi isti motus,
 quí a veneno producuntur. Accedit & illud, quod secretio
 & expulsio cujuslibet peccantis materiæ in corpore non
 commodè sub violento sanguinis & spirituum motu expe-
 diri possit, sed potius requirat pacatum quodammodo sta-
 tum, ac motum non adeo fortem, maxime, cum sub tali con-
 citatissimo sanguinis intestino motu materia peregrina plus
 intime cum sanguinis particulis conjugatur ac uniatur,
 quam ut ab illis secessionem faciat. Sedativis itaque & opus
 esse in foro medico, ex eo firmiter existimo concludi posse.
 An autem præsentius detur opiorite præparato & correcto,
 præsertim ubi graviores motus sedandi sunt, merito dubi-
 tandum est. Et quando vetustissima Medicinæ respicimus
 tempora, nulla remediōrum genera per tot seriem seculoi-
 rum in usu, ac estimatione magis constanter permanserunt,
 quam quæ opium habent pro basi, ex quorum censu emi-
temp B nent

nen Theriaca, Mithridatum, aliaque. Confirmat & hoc nostrum assertum authoritas gravissimorum & solidissimorum Praetorū recentiorum, inter quos merito reponimus, viros omni laude maiores, Platerum, Sylvium, Ettmullerum, Craanium, Dan. Ludovici, Michailis, Waldschmidum, Wedelium, Albinum, Sydenhamum &c. ex quibus, si quid solidi in praxi addisci potest, certe ex iis haurietur, aliis tamen minime neglectis: hi autem omnes in frequentissimo opium habuerunt usū: Equidem fateor lubenter, si ullum medicamentum circumspetionem & prudentiam postulat Medici, & si ulla quoque vulgo graviter peccetur, certe id fieri per opiate & narcotica, experientia optima veritatis parens, confirmat; abusus tamen nunquam tollit & tollet usum. Placuit mihi in eo valde Ludovici sententia, qui scribit, ob meticulosam opiatorum intermissionem æque multos, dirissimis confessos symptomatibus, vel vigiliis continuatis exhaustos, occidisse, atque per empiricorum periclitaciones.

§. IV.

Clarissimus Helmontius in Tr. Duumv. p. m. 64. scite scribit: Felix æger, cuius auxiliator Medicus novit lethalia è papavere separare, alioquin sane nocuum cum proficio simul assument, unumque impedit alterius profectum. Equidem crudum opium non est venenum, sed saepius hoc præferendum duco opii tosti, seu exusti, aut inconcinnorum, ex eo præparatorum extractorum nimis dosibus: nihilominus tamen firmiter censeo, præparatione indigere, ut utile ab inutili separetur, & nova etiam cum aliis unione seu compositione, ut ejus vis vel corrigatur, vel emendetur. Primo omnium autem spectanda est opii origo. Est nempe illud succus inspissatus, qui ad nos ex dissitis locis venit. Duplex autem secundum accuratores historie naturalis scriptores datur, nempe purum, quod nihil aliud est, quam liquor

quor albus instar lactis, qui emanat ex capitibus papaveris nigri, mediante incisione apertis, qui successive in sole coagulatur, & mutat colorem suum album in brunum, quod verum est opium, quo Turcae utuntur, tam ad famem sustinendam, quam ad alacritatem in præliis & conflictibus sibi comparandam: tale autem ad nos propter raritatem non amplius adportatur, sed hoc quo nos utimur est succus, per expressionem capitum & foliorum papaveris factus, deinde in consistentiam extracti, mediante igne, redactus. Veteres vocarunt meconium.

§. V.

Res jam postulat, ut paulo sollicitius inquiramus in elementis & principiis, opium constituentia: animadvertisimus autem in eo diversas & distinctas inter se substantias: quodsi enim calidæ opio affundimus aquam & solutionem leni coctione decenter facimus, binæ ferme opii partes in ipsam transeunt; inspissata hæc solutio extractum constituit, quod rursus in omni liquore aqueo est solubile, nequitam autem in spirituoso & oleoso; unde patet, ex gummeis mucilaginosis, viscido-terreis hanc partem esse compositam magis, quam ex resinosis & pure sulphureis oleosis, ut ut hæ ipsæ non penitus à gummosâ opii parte possint excludi, utpote & hoc, igni admotum, ardet, indicio, sulphur inesse, sed immersum lentis, gummeis partibus, non fecus ac fanguis exsiccatus ardet, nec tamen solvit in spiritu vini rectificato. Substantia autem quæ remanet ab extractione gummosa, magna est terreum viscosum, quod tamen particulas quasdam pure resinosas adhuc fovet sub sinu suo: etenim si ipsi affundimus spiritum vini rectificatissimum, sub debita digestione imbibit ipse insignem adhuc portionem ex opio; & tingitur colore ex bruno rubicundo: Essentia hæc si infilatur aquæ, lactescit, manifesto documento, resinosam & oleosam

leosam substantiam fuisse resolutam: Quando inspissatur, largitur extractum resiniforme, quod promptissime suscipit flamnam, & totum consumitur, id quod de gummea parte non æque facile accidit. Curiosum est, quod in inspissatione spiritus vini sal quoddam tenuissimum, spiculatum, albicans, instar florum benzoës, quod & Excellentissimus Wedelius annotavit in opiologia p. 70. jucundo spectaculo se ferat simul præsentet. Tertia substantia quæ remanet à gummosa & resinosa extractione, terra est inutilis & effœta. Insuper memorandum etiam quid est de peculiari, opium constitutive, principio, quod nempe exiguum quidem, sed magnæ soporiferæ virtutis est; & deprehenditur illud in superficie solutionis opii factæ cum aqua, nihilque aliud est, quam pinguedinosa quedam, spumans, viscosa materia, quæ supernat, odoris valde gravevolentis, foetidi.

§. VI.

Examinatis sic opii diversis partibus, necessarium jam est, ut inquiramus, quænam maxime utiles, & desiderata sedativam vim custodian, quæque inutiles, immo magis damnoſe existant. Paucis autem, & sine ambage, nostram hac de re sententiam declarare hoc loco allubescit. Statuimus nempe, elementum illud, quo opium agit, anodynum & soporiferum, esse nihil aliud, quam sulphur ejus tenuissimum, evaporabile, sive, quod in copiosissimos vapores dispergitur, & in auras avolat: hoc vel immediate ipsos nervos & membranas nerveas sua replens vaporositate, spirituum distributionem atque influxum impedit, vel adhuc magis in sanguinem delatum, mirifice se expandit, & hac facta expansione rarefactiva, arteriolarum minima in cerebri corticale substantia distendit, sanguinisque liberiorem circulum impedit, sicque spirituum genesis imminuit, & ita motus omnes in rotu corpore segniores efficit, uti fusius ab

Ex-

Excellentissimo Dni Praeside notarum in diss. de mechanica
operandi ratione opiatorum. Quod autem in tenuitate parti-
um sulphurearum, carumque blanda *āvadōpiātē* consistat
opiūvis, vel ex eo liquido apparet, quod etiam forinsecus tantū
admotum, nempe temporibus, in emplastro, linimento, vel
clystere effectum suum exserat. Clarius autem illud ap-
paret, si destilletur cum aqua simplici, vel spiritus vini super
id abstrahatur, inde enim producta aqua nobilissima vi pol-
let anodyna, tutissima, contra vulgarem opinionem: Spir-
itus autem vini opiatius, & externo, & interno usu iden-
tidem probatissimus ad eosdem reperitur effectus. Simile
quoque deprehendimus in floribus papaveris rhæados, ubi
aqua ex ipsis parata, longe tutior ac melior est omnibus a-
liis ex eis paratis; unde jam perspicua fit ratio, quare, si, in
præparatione ejus extracti, opium diu in aqua coquatur, &
ingens aquæ copia affundatur, ac vehemens calor submini-
stretur, extractum anodyna sua virtute privetur, adeo, ut talis
modi extracti, fortiter sic excocti, grana decem non tantum
efficiant, quam duo grana lenissimo calore præparati extracti.
In universum enim hoc tenendum est, volatile esse soporiferum
principium, unde aqua, calore & aëre transmittitur in-
auras. Manifesto id quoque apparet in absynthio, quod est
herba sulphurea, caput sua replens vaporositate, si au-
tem in aqua coquitur, virtute hac penitus defraudatur, in au-
ras nempe avolante tenui, quo constat, sulphure.

§. VII.

Quodsi jam secundum hæc principia, ipsamque experi-
entiam examinemus quatuor distinctas ex opio præparatas
substantias, quænam ex iis præcipua splendeat sistente tumul-
tuantes humores virtute, per se jam liquet, eam esse, quæ
maxime est volatilis: & contra, fixiorem inertem, segnem &
penitus orbam hac virtute. Asserimus itaque, eandem quæ
supernatat, exiguum quidem, sed omnium esse efficacissimam.

Unde est, quod canes, qui ab integra opii drachma non per-eunt, aliquot hujus substantiae granis interficiantur. *Willius Pharm. Rat. part. I. Sect. VII. cap. 3.* hoc fecit experimentum, gregario nempe cani exhibitæ duæ opii drachmæ ipsum non interficiebant, sed stupidus inde factus difficulter respirabat, & intra semihorulam alvum cum foctore tetterimo copiose dejiciebat, & vegetus evasit. Ita nuper quoque ipsem, binis successiis vicibus XV. grana opii devoranda cani domesti-co porrexi, à quibus plane non alterabatur. Postea illud idem institui experimentum cum substan-tia illa pinguedinosa spumante, quæ ordinario su-pernata solutioni opii cum aqua factæ XII. grana: scil. objeci ea cani in pane butyraceo recondita de-voranda: intra quatuor autem horarum spatium è vivis ex-cessit. In hujus rei confirmationem allegare hoc loco pos-sum simile experimentum in nuperis, Hanovia ad me datis li-teris, mecum communicatum à *Clarissimo Domino Doct. Van den Velde, Fautore nostro integerrimo.* Hic cani domesti-co mediocris magnitudinis, vigili de cætero & satis pernici, haud ita pridē humoris illius pinguis, ex opii cōditione collecti, grana X. masticate panis medullæ subacta, ingessit: quibus de voratis, elapsi horæ unius quadrante, oculis nivere, capite nutare, & ad somnum se componere cœpit, sed frustra. Mox enim quasi expavescens surgit pedibus, tremit, ejulat, crebro & concitato respirat, linguamque æstu squalidam, tanquam cursu defatigatus, exferit, & hinc illinc incerto & titubante fertur gressu, donec labantibus pedibus succubuerit, & in ter-ram prostratus, alto quasi sopore oppressus fuerit: sonoros hinc & crebros edidit ronchos, quos inter frequentes, in-gentes primò tendinum subsultus, mox convulsiones atrocissime sequebantur, quibus per bihorium variè jaçtatus, tandem intercepto spiritu, vivere desit, adeò ut pateat, longe maior-rem efficaciam subtilissimam hanc opii partem præ cæteris

habere. Jure elicere quis poterit ex his allatis experimentis, virulentam hauc esse opii partem, quoniam animalia interficit. At vero, potius statuimus, non ratione venenositatis cuiusdam occultae mortem sequi, sed propter nimiam hujus substantiae activitatem: probe enim custodiendum est, ex libra una opii vix duas vel tres drachmas separari posse ab hac materia, quæ quasi illud principium vaporosum, quo operatur opium, concentratum, sibiique relictum est: Unde concludimus, unum ejus granum plus præstare, quam X. extracl. Utique igitur cautissime est procedendum cum subtiliori hac parte, quæ non, nisi in minutissima quantitate, est propinanda.

§. VIII.

Quod attinet ad resinosam substantiam, quæ ex magmate terreo, mediante spiritu vini extrahitur, hanc, uti dicunt, virtute anodyna cassiam deprehendimus, & cum grana hujus quindecim canis devoraverit, nil inde sensit incommodi, nec levem quidem somnolentiam induxit, adeo, ut errare mihi illi videantur, qui opii virulentiam in resina collocarunt, quasi ventriculi & intestinorum membranis nimis adhærescens, nauseam, anxietates & cardialgiam efficaret. Id quidem verissimum deprehenditur, quod, uti jam dudum Celebrerrimus Wedelius annotavit, opium cum spiritu vini solutum, & in essentiæ vel extracti forma propinatum, symptomatibus variis magis sit infensum, vomitusque exciter, quam si cum phlegmate aceti extractum præparetur, ubi nunquam vomitum, vel saltem nauseam contigisse observavit. Hujus autem effectus atque Phænomeni rationem, mox suggesteremus. Omnium autem solertissimorum confessione gummea pars, quæ cum aqua extrahitur, celebratur pro optima & tutissima: quæ nec vomitibus, nec diarrhoeis, nec anxietatibus facile infensa est, & tamen activitatem in sedativo effectu satis luculenter præstat. Hæc quoque in-

in signi quantitate à cane devorata , truculenta nulla sympto-
mata excitavit, ut potius post lenem somnum , vigor & ala-
critas major fuerit notata . Merito autem hic quæstio oritur,
in qnōnam principio lateat pernicialis & noxia opii vis , cum
experientia confirmet, non tam à crudo opio , quam essentia
ejus cum spiritu vini parata, item extractis ejus, magnas anxi-
tates, cardialgias, nauseas, subsequi , & mori animalia ? Vide-
tur itaque nobis verosimile, in sulphure opii sibi relatio ,
& à mucilagine sua separato , & acriori facto, conquiescere
soporiferam & nervis etiam molestam virtutem, quæ sèpè
diarrhæas, vomitus & anxieties causetur non modo acri fa-
le stimulante, sed & dum in instanti nimia sua activitate san-
guinis motum circa primas vias sistit: unde natura quasi hac ra-
tione irritata violentas istas motiones efficit: ut a resiniso prin-
cipio hæc pathemata minus congrue deducantur . His positis
non amplius ignota erit ratio, qua de causa opium ,
solutum in spiritu vini plus damni inficiat , quam si
in aqua solvatur ; quod non, ut diximus , fit ob re-
sinam , quæ expers omnis activæ noxiæ virtutis est : sed
quoniā spiritus vini , particulas oleosas , pure sulphureas,
cui tenuissimum sal implcitum est , extrahat & liberer ab invlo-
lucris ac compedibus mucosis, viscidis, quæ nimiam ejus acli-
vitatem ac volatilitatem temperare ac refrænare aptæ erant . Quod
autem hæc sententia fundamento nō destituta sit , considerare
placeat oleum ex tabaco extractum, quod pariter sale acri sti-
mulante turgidum est , & verum venenum , si vulneri immitt-
atur in animantibus, vel nervus fauciatus ipso tangatur , ubi
probe annotavit *Borellus*, mox fuisse convulsiones , & lethalia
infecuta symptomata . Consensum enim ferme inter omnes
oruditos reperimus, oleum in opio quod continetur , esse ma-
tricem atmosphæræ copiosissimæ anodynæ & soporiferæ ,
quæ per sanguinem in corticem cerebri recepta , & sanguinis
ibi motum, & spirituum genesin pacatiorem efficiat: In senten-
tiā autem adducamus *Petrum Sevrinum*, qui in idea Philosophie

cap. 7.

cap. 7. refert, se in opio, facta substantiarum separatione deprehendit sulphur, seu oleum plane narcoticum: *Helmontius*, in *Tract. duumvir.* invenit salem acrem sudorificum, & oleum amarum soporiferum. *Quercetanus Lib. I. defensionum, cap. 20.* reperiit in eo oleum narcoticum flammatum concipiens. *Excellentissimus Wedelius in Opio, lib. I. Sect. I. cap. 9.* oleum nigricans copiosum per destillationem extortis, probe autem hic tenendum est, oleum quo opium agit non esse crassius, sed valde tenuē & volatile: crassum enim sulphur, quoniam difficulter explicatur, tales effectus, opio proprios, minime præstare poterit, conspicimus id clare in semine papaveris, ex quo *Celeberrimus Borrichius* magnam olei per destillationem elicuit quantitatem: quod tamen in somno provocando longissime cedit opio.

§. IX.

Judicamus utique, desideratissimam anodynā vim in temperata opii parte esse quærendam, quæ est ipsa gummosa: hæc alit sulphur in magna quantitate, nam accendiatur: interim tamen innexum, implicitum & intricatum illud est variis particulis viscidis, mucilaginosis, & tenerioribus terreis, quæ ejus nimiam actitatem & celerrimam operationem moderantur, refrænant atque dispensant: omnia enim temperata & moderata quæ successive & sine impetu agunt, naturæ magis grata & amica sunt, quam quæ summa agendi actitatem sunt instructa, simul & semel, uno impetu ac celerrime corpus alterant. Qua propter optimaratione *Celeberrimi Viri, Ludovici, Wedelius, Febure, Lemmeri, Glaserns* & alii extractum opii cum aqua simplici vel phlegmate aceti præparatum omnibus aliis præparationibus & correctionibus præferunt. In *Aet. Erud. Lips. Mens. Octobri A. 1701. p. 441.* recensetur mysterium opii revelatum Dn. D. Jones: Recipit nempe opii octo uncias, aquæ pluv.

C. de-

destillatæ uncias XXIV. In loco temperato & vase probe, obturato reponit, quotidie ter quaterve agitando; post sex dies per chartam bibulam solutionem filtrat & oleo dulci affuso sub titulo panaceæ liquida servat: qua obtenta, mox ad omnem gummosam opii portionem aqua pluvia destillata tamdiu affunditur, quoisque rubicunda elicitæ tintura fuerit omnis, pariter filtranda, simulque in balneo ad extracti, solidam opii panaceam constituentis, insipienda consistentiam. Notandum hic merito est, etiam differentiam, quandam dari in parte gummosa quæ aqua extrahitur, dum nempe illæ partes, quæ leni calore vel infusione calida in aquam cedunt ex opio, longe teneriores & subtiliores, adeoque ad anodynæ & somniferam vim aptiores sunt, quam illæ, quæ coctione demum cum aqua solvuntur, ceu crassioris texturæ, & paulo fixioris indolis: unde non inconsulto, sed optimo ac felicissimo successu, præclarus ille Author infusionem tantum cum aqua, calido in loco, vase probe obturato, celebrat, ne volatilis portio desideratisima scedat in auras, sed potius ipso in menstruo conservetur: hinc priorem infusionem tanquam laudanum liquidum in usum servat, reliquam autem crassiorem portionem solutionem in extraclum coagulat. Ex eodem fundamento procedit quoque laudatisimi Sydenhamii liquidum laudanum qui vinum Hispanicum opio in frustula conciso infundit una cum croco, caryophyllis, nucifera & cinnamomo, & sic citra coctionem adeoque deperditionem substantiæ tenuis sulphureæ, vel immutationem texturæ opii præstantissimi usus remedium parat.

§. X.

Ex his jam dictis & adductis, nemo non facile perspiciet, subtiliorem & solubiliorem in aqua opii partem esse celestissimam, ad usum maxime internum accommodatam neque emulo

ullo modo in crasi & textura sua immutari ac destrui debere: nam innumeris experimentis, mechanico - chemicis, compertum est, in textura, crasi ac nexus partium energiam, atque virtutem potissimum conquiescere, qua sublata & immutata mox evanescit cum ea pristina efficacia, adeo, ut sepius quod antea erat medicina, jam veneni indolen redoleat. Ex hoc jam principio & fundamento in proclivi erit dijudicare de variis & diversissimis institutis veterum & recentiorum preparationibus & compositionibus ipsius opii. Et primum patet, effumationes, tostiones quas veteres habebant in usu, nullius esse momenti vel pretii, cum hac ratione penitus nobilissimum hoc simplex privatur activo suo elemento. Et rursus non amplius ignotum erit, quare correctiones istae cum acidis vehementioribus spiritibus nullum inventire possint locum, quoniam hoc pacto volatile illud tenue sulphur fititur, coagulatur & obtunditur, omnia enim acida concentrata, quae cum oleis destillatis mixta sunt, eorum penetrantiam & agilitatem non modo retundunt, sed & firmum stabile corpus fixioris naturae, mutuo connubio facto, inde formant: quapropter non immerito improbamus omnes extractiones opii factas cum spiritu vitrioli, Spiritu Salis; item cum languidioribus, cum succo citri, aceto destillato &c. Quod attinet ad spirituosa menstrua, in superioribus jam deductum est, iisdem magis efferari opiatorum vires; hae enim, cum nexus mixti disjungant atque immutent, oleofas, salinas, volatiles à mucidis terreis separando, non posunt non & vires quoque simul immutare: ut ut enim oleoso principio opii narcotica vis maximam partem sit adscribenda, nihilominus sibi reliquum & purum plus nocet nervis, & texture spirituum infensum est, nisi sub involucro & contextu particularum temperatarum, mucilaginosarum terrestrium, involutum custodiatur: hanc ob causam jure meritoque repudiamus omnes illas essentias, omniaque extracta cum spiritu

ritu vini facta. Si enim quipiam deleteriam vim huic simplici affricat, certe est menstruum spirituosum. Et tametsi olea tam destillata, quam expressa nullum jus vel potentiam in dissolvendo opio exferere valeant, menstrua autem spirituosa oleis istis aetheris essentificata & imbuta, extractionem quandam moliantur, nihilominus & talem correctionis rationem privamus atque excludimus à legitimo & convenienti usu. Restat jam, ut etiam circumspiciamus quid alcalina, menstrua, tam fixa, quam volatilia, praestent in emendatione & exaltatione opiatorum virtutis. Solenne pluribus fuit, cum tintura salis tartari, cum tintura antimonii acri vel tartarisata, debita digestione facta, elegantem tinturam, summa rubedine infectam extrahere, cuius generis laudana, Williso, Ettmullero, Tackenio & Dn. Praesidi olim etiam perquam familiaria fuerunt. Jam autem compertum est, quod alcalia salia texturam sulphurei principii maxime recludant, uide etiam spiritus, qui preparantur ex mastiche, benzoë, succino, myrrha, balsamo Peruviano, si prius haec resinoſa corpora oleo tartari p. d. probe fuerint inacerata, longe fortiores, penetrantes sunt, & oleo tenui balsamico imbuti, quam si destillatio tantum cum solo spiritu vini rectificato celebretur. Curiosum hoc est quod, si opio soluto in aqua affundatur oleum tartari p. d. ebullitio quædam observetur, & odoris immutatio, dum maleolentes vapores assurgunt. Statuimus itaque, alcalia sulphureas quidem tenues oleofas opii partes à suis separare compedibus & vinculis, sed simul etiam texturam oleosi opii principii quodammodo immutare, quod patet ex ebullitione & odoris immutatione, unde fit, quod essentiae cum alcalinis & spirituosis menstruis paratae, longe meliores sint ac tutiores, quam si cum solo spiritu vini fuerint adornatae. Et ut per hanc rationem non penitus repudiandæ sint, nihilominus, cum crasis mixti aggrediantur, abstinere consultius duco ab iis dum selectiora nobis cognita sunt. Tandem etiam ali-
quid

quid monendum ducimus circa fermentationem opii , que
cum variis vegetabilium succis, præsertim succo cydoniorum
institui solet : sua non sunt laude defraudandæ, & usu haëte-
nus egregio se approbarunt , dum nempe cydoniorum succo
gummea opii pars solvitur, & facta deinde cum sale tartari fer-
mentatione, sulphurea opii pars subtilisatur & exaltatur. Pos-
set quidem hic quispam interponere, mixturam ac crasim opii
hoc pacto etiam destruetam iri, & secessionem principii oleosi
à mucido terrestri fieri : at vero , utut talis mixti alteratio uti-
que quodammodo hic concurrat , nihilominus mucilagino-
sum illud & blandum terrestre acidum , quod in cydoniis est,
separatum & exaltatum illud sulphur denuo in se recipit , &
cum ipso se se connœdit , ut noxa ac damnum inde expectari
non debeat. Si tamen sateri licet quod res est, & hanc corri-
gendi methodum longe postponimus simplici solutioni opii
cum aqua pluviali factæ sub lenissimo calore in vase clauso,
uti optime Jones hoc ipsum jam monuit ; hæc via valde est
compendiosa, facilis & tuta, cæteris omnibus magis opero-
sis, quibusdam plus damni quam emolumenti adduentibus.

§. XI.

Hisce discussis, ordo jam postulat, ut varia ex opio com-
posita paulo accuratius consideremus, & selectiores mixtiones
tradamus : antequam autem hoc demus effectui , paucis tan-
tum inquire placet , in quanam forma opiata commodissi-
me possint propinari. Habemus maxime formam solidam
& fluidam seu liquidam, ubi non possumus dissimulare, con-
venientissimum nobis videri usum opii liquidi, paucis tantum
casibus exceptis : utpote non modo celerioris operationis
perpetuo fere medicamenta liquida sunt , dum citius dispen-
santur per totum corpus ; verum etiam facilius rursus effectu
præstito transeunt & exhalant. Illud autem habent incom-
modi in solidâ vel pilulari forma exhibita opiata , quod vel dif-
f-

ficius solvantur, membranis & valvulis intestinalibus firmius adhaereant, & eas partes ubi jacent maximis incommodis, praesertim stupore, vellicatione, afficiant. Unde non sine ratione conqueruntur est saepius inter Medicos, opium ventriculo esse hostile: meretur adduci in hanc rem egregius locus ex Etrm. dissert. de opii virtute diaph. qui cap. iii. §. 3. scribit: sane non leviter hostile videtur ventriculo opium, cuius ut digestiōem ordinari turbare observatur, ita etiam gravaminis & pressionis circa ventriculi regionem sensum, & vix explicabilem ab agris molibiam circa precordia opata inducere solent, idque praesertim sicca in forma, omnium maxime pilulari si propincentur. Unde etiam conqueritur Wedelius in Opiol. p. 32. & 33. ab opio pilulari in forma exhibito, vomitum in primis oriri. Ulterius, liquidum laudanum solidum eam ob rationem videtur preferendum, quod in Evaporatio-ne, dum solutio redigitur in extraētum, multum perire solet de substantia subtiliore desideratissima anodyna. Attamen existimamus, ubi opium in primis viis sedativum & sistentem quendam usum praestare debet, uti in diarrhoeis & dysenteriis, plus efficacia tunc a solidis quam liquidis expectari debere.

§. XII.

Nunc è re quoque fore existimo, ut varias opiatorum, compositiones correctionis causa potissimum institutas perlustremus. Veteres probe perspectum, & experientiae sensu cognitum habebant, opium pacativam & somniferam quidem cultodire facultatem: at saepius magna simul creare symptoma, imo vitæ esse infensum; unde omne studium ac operam collocarunt in eo, ut eam, quæ noxia esset, virtutem corrigerent ac emendarent. Constat autem tunc fuit sententia, opium in extremo gradu frigidum esse, sive corpus frige facere, cum tamen in humido & calido vita radicetur. Ipse Hippocrates Lib. de flat. scilicet I. p. m. 41. ait. hypnoticis frigesaciendi vis in-est, à qua sanguis frigesit: & capropter cum calidis illud esse mi-
scen-

scendum judicarunt. Unde si evolvimus vetustissimas quas opium ingreditur, compositiones, complura calida ibi mixta videbis, nempe aromata, imo ipsum piper, Zingiber, euphorbium, pyrethrum, semen erucæ &c. sicut id appareat in diafcorio Fracastorii, philonio Persico, Mesue, philonio majore Nicolai, ipsaque Theriaca. Deinceps, quoniam obserabant ab opiatis præcordiorum anxietates, animi deliquia, vertiginem, capitis torporem ac stuporem, hinc cordiali, confortante ac cephalica virtute præstantia miscebant, & hac ratione succurrere iſtis noxis studebant: unde videmus hinc inde eleuenturis, laudanis, extraētis, confectionib⁹ admixtū cinnamomū, effluvium citri, oleum cinnamomi, lignum aloës, semē citri, ambram, moschum, terrā Lemniam, bolum Armenie, magisterium perlarum, matris perlarum, coralliorum, crocum: item ex cephalicis nardum Indicum, schænanthum, stœchadem Arabicam, stiracem calamitam, nardum Celticam, cardamomum, cubebas, castoreum, opobalsamum, flores lavendulæ, salviæ, rosmarini. Præterea, si quis evolvere & paulo accuratius examinare quævis hinc inde prostantia ex opio composita velit, utique deprehendet complures ineptas mixtuſas, sine ulla ratione factas, dum ex farragine multorum inertium & inter se, repugnantium, & ubi unum alterum deſtruit, invicem confarinata ſunt ut inepta hac medicamentorum compositione veterum, in vera theoria, & principiis genuinis physicis, quæ vera medica ſunt, ignorationem abunde demonſtrent. In alexipharmacum ſcopum plura videbis adornta ex opio & variis creditis bezoardicis, cephalicis, alexipharmacis, viperinis, ſcoradio &c. Non negare in totum volumus, Theriacam, aliaque alexipharmacæ opiatæ in certis malignis & venenatis morbis quandoque locum invenire poſſe: nam temerarium eſſet experientiam per tot ſecula penitus velle pernegare atque rejecere; illud tamen non poſſimus non monere, compositiones has longe concinniori, meliori ac tutiori potuisse viā, ſcopo, hoc

hoc, institui. Evidem contrafitionem Theriacam ante aliquot lustra, non sine laudabili more, nonnulli præstantes Chemiatri efficere sunt conati: verum si fateri rem licet, & nimis diffusa mixtura est, copiæque ingredientium, etiam incongruorum, laborat. Non de nihilo est, Theriacam hanc, quæ nomine venit cœlestis, commode & compendiosè, imo securè in quibusvis morbis per se vel cum aliis medicamentis posse misceri & propinari; maximè ubi fluxiones nimirū sunt sistendæ, & impetus motuum refrænandus. At meliori adhuc virtute gaudebit, si selectioribus ac paucioribus tantum ingredientibus præparetur. Non possum quin hic compendiosam talem Theriacam *nulla mibi unquam intermititur a pietate colendi Excellent. Domini Presidis commendem,* quam ipse jam olim Mindæ Westphalorum, & Halberstadii introduxit in pharmacopœas, & per multos annos ibi praxim exercens probatissimam invenit: Compositio ejus videre, est in *notis ad Poter.* p. 669.

§. XIII.

Tandem, si verum fateri licet, ex omnibus compositionibus veterum, laudanis, præparatis, extra&tis, & correctionibus vix unica mihi placet, maxime propter diffusam & inertium quoque ingredientium farraginem & copiam. Et, ut ut Theriaca & Discordium Fracast: non ignobili virtute sese, si recte adhibeantur, commendent, meliori tamen, tutiori & concinniori hæc omnia posse perfici nullus dubitatibit, qui experientiam & rationem pro fundamento habet. Quodsi autem rem paulo consideremus attentius, non ex alio fundamento correctionis, cuius in finem compositione instituitur, ratio peti ac duci debet, quam ex eo unico, quod est hoc: Opium potenti pollet motus machinæ nostræ sistendi facultate: Ne itaq; vis, noceat corpori sistens quodammodo re-

tundatur, sive ad æquilibrium & temperamentum redigatur, eum in finem cum iis quæ motus faciunt & promovent in corpore, misceatur; ut ex duobus hisce, nempe motum, sistente & promovente remedio, quasi neutrum desideratissimæ virtutis producatur. In sulfum quidem primo intuitu videtur, talia, quæ è diametro sibi opposita sunt, invicem miscere, cum unum alterum sua privet activitate: attamen experientia in plurimis' remedis contrarium docet, exsurgere nempe hac ratione sæpius præstantissima ac Divinæ virtutis remedia: sic v. gr. videmus sal succini acidum cum sale Cornu Cervi urinofo mixtum duo esse contraria, nihilominus constituerem expertissimæ virtutis remedium: in mixtura simpl. tincturis bezoardicis, acida mixta sunt cum alexipharmacis calidis, sale volatili acri subtili turgidis, & hac ratione exoptatissima hinc resultant medicina; Mercurius, summe penetrans & volatile corpus, cum auro fixioris indolis decenter mixtus, incomparabilem, in chronicis morbis, constituit medicinam: Tacemus salia neutra egregiæ efficaciæ, quæ ratiæ ex acido & alcali composta sunt. Proinde non inconsultum esse arbitror, cum sudori feris, iisque alexipharmacis, item cum purgantibus miscere opium. Olim in hoc distritu Practicus Celeberrimi nominis vixit, *Keulingius*, qui instar panaceæ usurpavit in eff. chronicis & acutis morbis, ut *Manuscripta* docent *Beati Frider. Hoffmanni*, constantem ex spiritu C. C. volatili probe rectificato, & essentia oputi*naturam*. Ita etiam Lipsiæ Vir Practicus famigeratissimus in frequentissimo usu spiritum C. C. cum esse anodyna etiam in acutis morbis habere, certè scio. Bezoardica tinctura Michaelis, Magnifici nominis Viri, recipit quoque opium: Omittimus Theriacalia & notissima alexipharmacæ Diascordii, Fra-cast. Sylvii, Theriacam coelestem, Andromachi, Theriacam de citro, suscipere omnes in se opium, varia que alexipharmacæ & diaphoretica. Quod autem tam veteres,

D

VIX 2

teres, quam hodierni Medici opium alexipharmacis permiscerit, hæc mihi causa videtur, ut nempe eo felicius in Peste, febrium acutissima, imo in haustis venenis maximum impetum sanguinis & spirituum, quem tenuissima hæc corpora machinæ inferunt solicitando naturam, sive principium movens musculos, paululum moderarentur. Nam extra dubium est, effrenem & nimium motum secretionem & excretionem, quæ tamen intenditur, plane pervertere, & officium quoque glanduloso-
 rum emunctiorum perturbare: ideo, sunt verba solidissimi
Olai Borrichii de somno & somniseris p. 31. nihil mihi securius obser-
 vatum in peste, qua urbi nostræ A. M DC. LIV. ferociissime incubuit,
 solâ theriacâ, sed liberalius, non improvide tamen, propinata. Plus
 res enecti, qui drachmam bausserant, etiam subinde drachmæ gemine
 nihil afferant opis, eoque in adultris nonnunquam ad tres ascendend-
 dum fuit, non sine periculo quidem, minus tamen, quam malum
 ipsum, periculo. Vivit apud nos hodieque celebris *Musicus*, Job.
Ericius, quem tum lue illa seviter correptum hoc modo, propitio Nu-
 mine, restitui. Præterea, eandem Theriacam in vomitu, alvi
 fluxu, diarrœa, symptomaticis, nec non dysenteria, tam ex-
 terne quam interne desideratissimam opem ferre, & vulgo
 notum est. In revmatismis, capitis erysipelate, odontalgia-,
 otalgia, nil praesentius invenit, *Dn. Preses* quam essentias
 alexipharmacas cum laudani liquidi aliquot guttulis robo-
 ratas debita & repetita dosi porrectas, quod etiam in catar-
 rhalibus febribus, arthriticis affectibus, interpositis etiam aliis
 non est de nihilo: Ex compositis *Diascordium F.* licet in-
 epta appareat ejus compeditio, egregii usus est, quod cum
 lap. prunellæ & diaphoreticis mixtum frequentissimo in-
 usu olim habuit *Exc. Dn. Preses*, etiam in ipsis lenioribus pleu-
 riticis febribus, in ætate maxime juvenili. Approbamus ita-
 que, & unam ex optimis commendamus mixtionis metho-
 dum opii, nempe cum alexipharmacis & sudoriferis.

§. XIV.

§. XIV.

Provolvimur jam ad alterum mixtionis modum, qui est cum purgantibus: videtur & hic modus plane absonus, & à ratione alienus, cum opium purgantium sifat effectum, sed fuit vetustissimus mos hæc invicem combinare. *Ipsa Galenus Lib. VIII. de comp. med.* laudat pharmacum quoddam Afklepiadis stomachi vitiis opponendum, quod inter cætera recipit, nardum, costum, ptyillum, rosam, aloëm, asarum. Postea frequenti in usu habuerunt purgantium cum opio miscelam optimi Medici, præs. in compescendis doloribus, qua de re legi potest *Rondeletius Lib. XI. cap. XXVI. Deodatus in Valetudinario*, p. 191. Ipse Poterius in dolore oculorum in veterato nihil praesentius invenit, quam pilulas suas catholicas cum aliquot granis opii correcti mixtas, optatissimo infuscato successu. *Riverius* passim in *praxi & observationibus*, in funestissimo dolore colico, purgantes pilulas cum laudani opiatu uno vel altero grano miscet idem factit at *Thonner. lib. 3. obs. 5.* id quod etiam sepius in praxi praestitit *Exc. Dn. Preses*, & observavit primo ex usu harum pilularum dolorum mitigationem, post XII. horas alvus deinde fuit soluta & sudor subsequutus. *Horstius* in febris intermittentibus, præcipue quartanæ paroxysmis, preparato prius corpore, mixturam præmittit ex helleb. nigri extracto, laudanoque opiatu, addito tartari vitriolati & antimoniij diaph. momento. Imo in colica *Tilemannus* laudat opiate solutivis lenientibus mixta, & *Rudius* addito diagrydio; ut & *Capivaccius* aliis purgantibus in eodem affectu. De conubio opiatorum cum purgantibus hec habet *Ingeniosus Pechlinus obs. 62. p. 363.* *Insulfissima*, fateor, videtur purgantium cum opiatu mixtura, & tamen sunt, qui in doloribus colici hystericijs feliciter se illâ usos faciunt, imo novi olim empiricum, qui aloës, hellebore opiiq[ue] conjugio magna cum nominis celebritate medicinam ficeret. Cognatae illi sunt *Rhumelii* pilule antipodagrica, nunc quoq[ue] famosa, nec destituent fortuna. Vocatae fuerint dictæ hæc pilulae, *Venice*

Amice, Surge & Ambula: & sic fiunt : R. M. P. Aloëiphang. drach. ii. Laud. opiat. drach. semis. has pilulas compertas prædicat Etmull. in Comment. ad Schraed. in paroxysmo colico , in quo sedando vim eis magnam tribuit Stockerus. Dn. Preses aliquot experimentis in doloribus dentium mirabiles eas deprehendit, talem autem correctionem earum fecit R. Extr. M.P. Aloëiph. scr. i. extr. opii, camphor. ana gr. j. M. pro j. dos. Famose pilule Wildegansii recente- fenderæ quoque sunt & sic se habent : R. opii dupurati unc ij. corall. v. ppt. croci, troch. de viper. myrrh. el. aloës socotr. ana. drach. ij. aurifalm. drach. j. olei caryoph. gtt. XX. f. l. a. pil. ex drachma j. 90. obduc. auro. Notabile hoc loco est, has pilulas præter virtutem anodynam simul etiam diaphoreticam possidere : observatio- ne enim compertum habemus, opium cum purgantibus mix- tum non modo sedare tumultuarios motus, sed & alvum, fu- dorem, imē urinam, pro ratione circumstantiarum, ducere. Monenda enim adhuc quædam restant circa pilulas *Mathia s.* *Starckii*, de quibus extat peculiaris liber Belgico idiomatico con- scriptus : Conficiuntur autem seq. modo : R. Extr. opii unc. se- mis, spir. terebinth. cum sale tartari diligenter tritura in saponiformem substantiam mutati drach. j. extr. helleb. nigri drach. ij. extr. glyzyrrh. drach. iiij. Novissima compositio recipit etiam pulveris hellebori albi drach. j. & ultra, hac invicem accurate primo tritu, postea in dige- stione seniori ac diuturniori conjunguntur ac miscentur : ita evadit massa quæ provide ad certa grana exhibita, morborum, præs. chronicorum, indicationibus exacte satisfacit, crebrioribus vicibus eam adhibuit *sæpius laudatus Excellentissimus Dn. Preses* & expertus inde est, quod non modo alvum apertam si- mul servaverint, sed & torpor capitis, vertigo, somnolen- tia, quæ alias opiatorum usum subsequi solent, plane non fuerint animadversa. *Celeberrimus Etmull. in diff. de virt. opii diaph.* scr. de iis, ipsas, crebriori experientia confirmatas, plus in re- cessu habere, quam ut obiter à Willisto, in pharm. rat. P. I. Stet. VII. cap. 3. ad empiricorum remedia sint referendæ.

§.XV.

§. XV.

Præterea, opia medicamenta, tam liquida, quam solida, pro variis indicationibus, varioque scopo, & morborum circumstantiis, cum aliis quoque remediis percommode possunt remisceri. Ita in affectibus hysterico - spasmodicis laudanum liquidum opportunissime cum ess. castor. croci succin. & spiritu salis ammoniaci propinatum optatissimam fert opem, una cum linimentis anodynis atq; carminativis, in epilepticis & convulsivis pathematibus, cum ess. moschi, ambræ, castorei, succini, spiritu salis ammoniaci summo cum fructu & effectu administratur: in doloribus atrocissimis calculi non semel, sed pluribus vicibus anodyna expertus est probatissima Excell. Dn. Preses. Matrona hujus loci honesta quæ 56. annum jam superavit, tribus vicibus singulis ferme annis infestata fuit gravissimis doloribus ex calculo renum, quibus urinæ suppressio, convulsiones, visus & sensuum imminutio acceperunt, unicum & certissimum solamen experta est à clysteribus oleofis, & à medicamento quod constabat ex tintura tartari, laudano liquido, ess. castorei & ess. croci ana mixtis: post aliquot hujus remedii successive administratas doses mitigata fuerunt symptomata & calculos successive excrevit. Cæterum ad somnum placidum conciliandum in iis qui vigiliis & laboribus debilitati fuerunt, laudanum liquidum seu Sydenhamii seu Jones cum cælosacharo cinnamomi, cort. citri ambra, moscho mixtum, quod etiam ad effectum aphrodisiacum simile vix reperiet, erit effectus præsentissimi.

§. XVI.

Ultimo loco per necessarium erit quasdam, circa opiatorum usum, subiecte cautelas. Non negari potest, in foro medico graviores & frequentiores non committi errores, quam cum dictis his remediis: hinc si in ullo administrando remediorum genere cautione opus est, profecto valet in opiatis.

tit. Primo enim deprehendimus, nonnulla individua plane contrariari & adversari medicamentis ex opio, ita ut tam in statu fano vel ægroto, etiam in minima dosi ipsa ferre nequeant, sed mox gravativi ventriculi dolores, diaphragmatis compressiones, animi defectiones, debilitates, torpor, extre- morum perfrigerationes inde sequuntur. Etenim in eo peculiare quid habent ipse non modo nationes, sed & tempera- menta & ætates, ut non quodvis medicamentum neque ali- mentum æque bene ferre possint. Probe scribit *Borichius l.c.*
Nostratum corporibus que pituitosi frequentius sunt habi- tus, statim inficiatur, nisi agas circumspetissime. Populi ad O- rientem, item Africani longe facilius; imo Germanos videas non- raro minus inde periclitari, quam nostrós. Quam ob causam ve- risime ait *Hippocrates*: natura à natura differt, corpus a cor- pore: unde prudentiae Medici est, singulares individuorum habitudines probè scrutari. *Secundo*, ad hanc sedantium & sistentium usum non facile deveniendum est, nisi necesitas postulat, & enormes, & excessivæ commotiones spirituum, periculum virium & vite minitentur. *Tertio*, perpetua hæc esse debet regula: si compescere nimiosmotus lenioribus, v.g. ni- triosis, acidulis, emulsionibus seminis papaveris & aliis ex papavere paratis possumus, neutiquā ad opiatā, multo minq ad nar- cotica esse confugiendū: Adeo q; valet ibi vetustissimus & ve- risimus canon C. Celsi, non deveniendum ad validiora re- media, si imbecilliora sufficiunt. *Quarto*, in motibus criticis, quales sunt omnis generis febres, in quibus natura, secundum veteres, sive sapientissimum structuræ humanæ artificium, motu intensiori secludere vel corrigere nititur peccantem, materiam, cautissime cum opiatis mercandum est: & rarius, nisi in principio, nunquam autem circa statum & tempus cri- seos exhibenda sunt. Sæpius accidit, ut variolarum, morbil- lorum, purpuræ, erysipelatis materia maximos tumultus effi- ciat, nec egredi velit, ubi experientia id confirmante, non tan- tum

tum acidulæ & nitroso, sed & papaveracea & leniora opia*a* efficacissimam produnt virtutem. *Quinto* in omnibus malignis morbis, ubi malignitas intra sanguinem ex pravo sanguinis & humorum, vitio, nascitur atque concipitur, nunquam hæc i-psa felicem fuisse finem consequutæ, à Præticis notatum fuit. *Sexto* in gravioribus inflammationibus, præsertim Peripneumonia, gangræna partium, inflammatione hepatis securisfime abstinemus ab opiatis, nec non in omnibus subiectis ubi status sanguinis & humorum plethoricus & cacoxyinicu*s* adeſt. *Septimo*, in affectibus quoque cerebri & nervorum frigidis, affectibus chronicis, hydrope, asthmate eorum usus plane sit interdictus.

§. XVII.

Uſum autem egregium invenit, ipſa experientia, ad quam confugimus, teste, in nihiis doloribus, & gravissimis inde naſcentib⁹ ſympotomatibus, que ex laſionibus, nervorum diſtor-ſionibus, tendinosarum partium fauicationibus, vulnerationib⁹, ambuſtionibus, exulcerationibus, ad eo que à cauſa exte-na proveniunt. *Secundo* in excessiuis colicae & calculi doloribus, dentiūr dolore, dentitione diſſicili, otalgia, gravibus rheumatismis, prudenter affociata sudoriferis vel purganti-bus, egregiuſ uſum habent. *Tertio*, in ferina & ſicca tufsi, ſalfiſ defluxionibus, hæmoptyſi, vomitu enorbi, diarrhœa, dyſenteria, dolore hæmorrhoidum, doloribus iliacis promittit inſignem efficaciam, aliis tamen non neglegetis. Sed quoniam egregiè hac re deſunctus eſt, *Laudatissimus Olaus Borrichius in Tr. de ſomno & ſomniſ*. ubi ſolide & prætice genuinum opiatu-rum uſum & abuſum tradit, hinc Lectionem Beneyolum eo re-mittimus, cum nullum ſciamus, qui cum meliori ju-dicio & experientia hac de re ſcripferit.

TANTUM.

Clarissimo
DN. CANDIDATO,

S. P. D.

P R A E S E S.

Quemadmodum animi humani
pretiosissimus thesaurus est Veritatis inquisitio: ita
non minori aestimatione penes eruditos digna est
libertas sentiendi ac dubitandi, utpote sine hac ceu genui-
no medio nunquam commode veritas poterit obtineri.
Quapropter qui alterius turbat vel impedit libertatem sen-
tiendi innocentem, moderationis legibus circumscriptam,
aut nocendi affectu aut alia ratione, is ipsi veritatis cursui
obicem ponit. Præcipuum & quasi tacitum socialita-
tis inter eruditos vinculum esse debet mutuum mode-
sta libertas, vacua omnibus asperis & gravibus dictio-
nibus neque in rem, multo minus in personas speciales
& honestas directis. Horum enim ea est conditio ut
non possint non certo ex eo nasci dissidia, quæ utpluri-
mum in privatas similitates, vel quod pejus levi irrita-
mento, in odia publica, sive in mutuam malevolen-
tiam & communem perniciem exardescunt. Sæpe nu-
mero enim accidit, ut hoc ipsum quod graviter tacite
tamen

tamen in aliud ex occulto forsan adfectu dictum fuit,
postea in innocentes etiam ab ipsis pro talibus habitus
aliae ignotae personae non leviter illorum famae detrimen-
to torqueant. Talis scribendi ratio merito ab est
ab ingenuis & recti animi viris qui pacem & amo-
rem colere student. In tota mea vita nihil mihi ma-
gis cordi fuit, quam veri inquisitio, & nulla re impensa-
tus gavisus sum', quam si ego vel alter viam recti in-
venisse vius est, unde aliorum etiam merita praedicavi
in hac re, imo ipse deserta mea sententia cui nunquam
obstinate nhaerere animus fuit, alterius quandoq; ample-
xatus sum, non tamen sine ejus praeconio. Quemad-
modum autem inventionis utilis cajusdam rei laus &
honor merito suis autoribus debet constare, ita nemo
fibi, nisi temere & inique, han claudem aliis competen-
tem arrogare debet. Sapientius vero accidit, ut eruditii cir-
ca eandem rem quam tractant, subsimiles & incidentes,
foveant conceptus, qui tamen postea in explicatione
applicatione & illustratione longe diversa incedunt
facie. Hanc methodum & viam sentiendi, dicendi ac
scribendi bona fide ac conscientia hactenus tenui & tu-
eri etiam erga quemlibet existimo, nihil magis optans
quam ut quivis libertatem eam mihi relinquat quam
aliis tribuo. Similibertate, Clarissime CANDIDA-
TE ! usus es in praesenti vexatisima circa opiatorum
usum & abusum materia, quam jam ante dimidium

anni elaborandam suscepisti , libere & placide ac sine
ullo affectu vel aspero verbo examinas sententias plu-
res, præparations ac correctiones opiatorum, & me-
dia tutissima via in usu & abusu eorum enodando in-
cedis. Tuæ laudes quas ingenuus candor, mens grata,
modestia, insignis ad studia ardor & asfiduitas meren-
tur, non in hac Academia obscura sunt, neque testimo-
nio egent, quando in omnibus, quæ ad solidam ingenii
culturam & reales scientias, intelligo physicam , quæ
Mechanicas artes & chymiam comple&titur, & Medicina-
nam, quæ sine hisce doceri nequit, tam strenue versa-
tus es, ut moribus atque egregia doctrina ex pluribus
possis distingvi. Unde non possumus non & dulcisim-
mæ Patriæ & Publico spondere Virum doctrina ac vitâ
egregium , qui multos uberrimos fructus referre posfit,
& constituta animi sententia velit. DEUS Te seruet
diutissime ! Vale.



MEin Freund / der Lorbeer-Kranz wird jetzt
Ihm vorgereicht ;
Den Ihm Minerva schon vorlängst ge-
wunden hat;
Weil der gelahrte Geist bis zu den Sternen
steiget ;
Und die geschickte Faust verordnet flugen Rath.
Er

Er fräget nun davon die längst verdienten Früchte;
Die Marpurg seinem Fleiß schon längst gewiedmet
hielt:
Der Bau dran Nebel dort den Grundstein zugerichtet;
Hat seinen Gipfel hier in Halle nun erziehlt.
Was Unser Hoffmann hat nebst Unserm Stahl gehetret;
War stets die süße Kost so seinen Sinn ernähret:
Und weil Er jederzeit die Weisesten verehret;
So bleibt Ihm jezo auch der Weisheit Lohn gewähret.
Er fahre weiter fort dem Ziele nachzujagen:
So Ihm Hygea nun zu Ehren auffgesetzt:
Gott selber wolle Ja zu seinem Rathschlag sagen!
Das wünschet seinen Freund; Sein Freund zu guter
leyst.

Hiemit solte und wolte gegen den Herrn Doctorandum als seinen jederzeit werthgeschätzten
Freund seine gebührende Pflicht
gratulirend ablegen!

Georg. Daniel Coschwitz, M.D.
apud Colon. Palat. Halens. Medicus.


Hic Status, hæc rerum nunc est fortuna Tuarum;
Ornavit fertis tempora Apollo Tibi.
Tu quavis violas, flores, ætate legebras,
Ex his brumali tempore ferta capis.
O quater & quoties non est numerare beatum
Munere Divino cui licet hocce frui.

Cai

Litteris Christianis

Cui datur optatos operum discerpere fructus,
Cui datur in studiis molliter esse bonis.
Sic igitur laetor tali Te forte beatum,
Dudum donari quem rude tempus erat.
Adjiciat Numen manifesti signa favoris,
Pectore quæ teneas non abitura Tuo.
Et cum pubescent variorum flore colorum
Prata, Tibi fertum nectat Apollo novum.

Hæcce in sinceri Amoris, Amicitiæque tesseram
ponere voluit, debuit

Z. C. Uffenbach,
Moeno-Francofurtanus.



Ua 1659




Nur für den Lesesaal


Retro V

101





Farbkarte #13



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

PERENNISIMI ET POTENTISSIMI

DISSERTATIONE SOLENNI,

OPII CORRECTIONEM GENUINAM ET USUM,

A. D. T. O. M.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
FRIDERICO WILHELMO,
SERENISSIMO REGNI BORUSSICI HÆREDE

PRÆSIDE

FRIDERICO HOFFMANNO,
MED. PROFESSORE ET MEDICO REGIO
O PRO DOCTORIS GRADU

publicæ ventilationi proponit

D. IV. Februarii M DCCII.

FRIDERICUS CHRISTIANUS MULLER
dictus WOHLHEIMER, Manheimio-Palatinus.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Litteris Christiani Henckelii, Acad. Typogr.

